



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Sexto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

fæceroi Heli credidit dei gratiam promittenti, hilarem & pacatam domum reuersam, neq; faciem eius posthac in diuersa misericordia, hoc est, ipsi postea omnia vnum idemque, & cum ea eadem, & æqualia esse facta, in quecumque incidit. Sanctus quoque Paulus dixit, omnia esse libera vbi spiritus dei sit. Nam fides non per operem seipsum, nec vultus alligari operibus, neq; rursus sibi villa adiunxit opera. Sed quemadmodum in primo est Psalmo, fructum suum dabit in tempore suo, hoc est, ut cuncti & venient & ventur.

SEXTO.

Exemplum doceat quid sit fides.

¶ Quod crassum & carnali exemplo nobis videtur licet. Vbi vir vel femina, sibi de altero gratissima & amicissima quaque persuader, idque constanter credit, quis tum eos docet, quod sepe generaliter facere, omittere, dicere, racere, cogitare debet? Sola enim & unica fiducia inserviat eum omnia, & plusquam necesse sit. Tum nihil habet in operibus discriminis. Facit magna, longa, multitudinib; libenter, quam parua, brevia, pauca. Et ediuerso. Ad haec hilari, pacato, securo corde, & est profus liberi animi. Vbi vero aliquid est dubitationis, tum exurgit & nascitur quid optimum sit, tum incipit differentia operum se depingere, quibus modis possit gratiam consequi, & tamē sic quoque graui corde, & magna cū molestia accedit, pene captiuus, & plusque dimidio deplorans desperatusque, & saepe sub haec stulteſtit. Ira Christiani homo in hac erga deum spem & fiduciam viuere, scit omnia, potest omnia, conatur omnia facienda. Et omnia facit hilariter & libere, non ad aggreganda colligendaque multa bona merita, & opera, sed quod ipsi iucundum & voluptas est, deos sic bene placere, & pure deo gratis seruire, hoc vno contentus quod deo placeat. Et tunc, qui dubitat vitrum placeat deo, q̄rit & curat solicite quomodo velit satisfacere, & deinceps multis operibus mouere. Is curit ad S. Jacobum, Romam, Hierosolymam, huc & illuc, vltro circos, orat. S. Brigittæ orationes, hoc & illud, ieunat hunc & illud diei confitetur hic, confiteur ibi, interrogat hunc & illum, & tamen interim requiem & tranquillitatem non inuenit, haec omnia cum magna faciens molestia, dubitatione, & indignatione cordis sustinet. Adeo, ut scriptura eiusmodi bona opera hebraice nominet Aduen Amal, que alia lingua fatigationem & laborem dixeris. Nam vero ne bona quidem sunt opera, & omnia perdita, omnia vanata & inania. Proinde multi sub haec ita insanierunt, ut preangere in nullas non calamitates inciderint. De quibus est Sapientia. V. Lassati sumus in via iniqutis, & peccatis, & ambulauimus vias difficiles, vias autem domini ignorauimus. Et sol iustitia non illuminat nobis.

Septimum